

Dotis tria Prædia, ibi nominatim expressa, subdidit: *Quæ quidem Prædia, & bona d. D. Testatrix voluit, & mandavit, quod idem D. Franciscus possit, & valeat, eique liceat retinere, & possidere pro tertia parte d. Dotis D. Testatrix, etiam quod d. bona essent valde majoris valoris, & pretii, donec tamen, & quousque eidem D. Franciscus consignata fuerit per infra-scriptum ejus Hæredem, integra pars omnium, & singulorum bonorum, tam q. Gasparis Patris, quam q. Virginie Matris d. Testatrix, & aliorum bonorum quorumcumq; &c. ita tamen, quod d. D. Franciscus habeat, & habere debeat tertiam partem omnium bonorum d. Testatrix, ut supra, & interim, ac donec, & quousque d. D. Franciscus non fuerit consignata d. tertia pars omnium dictorum bonorum, voluit, & mandavit d. D. Testatrix, quod d. D. Franciscus ab Aliquo super dd. tribus prædiis, & bonis desuper descriptis quovis sub prætextu, & causa molestari minimè possit, nec debeat, &c.*

Quorum occasione, defuncta Uxore Testatrice, Phœbeus duo separata Judicia introduxit contra Leandrum Testatrix hæredem, alterum super consecutione tertiæ partis bonorum; alterum super solutione scut. 500. cujus prosequendo hodiè discussionem, proposui Dubium; an legatum scutor. 500. debeat integrum: Et affirmativè resolutum fuit; quia legatum hujusmodi legitur oculariter in verbis Testamenti supra recitatis, ex quibus Legatario competit actio, \* tum personalis, tum hypothecaria, l. 1. ubi notant omnes, C. Com. de legat. §. nostra Instit. de legat. Surd. de alim. tit. 3. q. 4. n. 2, & seqq. & decis. 76. n. 4, & seq.

Duo autem objecta ex adverso excitata, nempe quod Phœbeus teneatur imputare in sortem d. Legati fructus trium prædiorum hæreditarium, quos per quinquennium percepit, quodque ex Legato sit detrahenda Falcidia, visa fuerunt non relevare; animadvertendo quoad primum, quod in Testamento tria fuerunt legata Phœbeo, primò scuta quingenta; secundo tertia pars omnium bonorum, ibi: *Ultra tertiam partem, &c.* Hoc enim importat dictio, \* *ultra* Jacob. de Arena in l. qui ita, ff. de dot. præleg. Bart. ibid. n. 2, Cuman. conf. 112, n. 1, Gratian. discept. 116 n. 41, Surd. decis. 285, n. 10, Rot. in Mutinen. Dotis, 16 Janu. 1641, coram Eminentiss. Panzirolo.

Tertiò ibi: *Quæ quidem Prædia, &c.* Legata fuerint tria prædia, eorumque fructus ad tempus quousque per hæredem consignaretur Phœbeo integra tertia pars omnium bonorum, ut constat; Tum quia Testatrix mandavit, quod Phœbeus possit prædia nedum retinere, id, quod significaret forsitan retentionem in pignus; sed addidit, & possidere, quod verbum esset otiosum, nisi referretur ad titulum possessionis, pro suo, & secum trahit fructuum \* acquisitionem, cum sit effectus possessionis legata, l. bonæ fidei ff. de acquir. rer. dom. Grat. discept. 615. n. 32, Gonz. super reg. 8. glos. 34, n. 112, Rot. dec. 1, sub n. 1, de rest. spol. in novis, aliique relati à Modern. Perusino de manu. observ. 23, n. 8, & 9. acquirunturque fructus Legatario à die mortis, quando, ut in casu nostro, ab ipso percepti fuerunt, Ant. Faber de conject. lib. 7. cap. 3. sub n. 8, ex text. in l. nihil proponit 120, §. ult. ff. legat. 1. Matthienz. lib. 5. recop. tit. 4. l. 1, glos. 14. n. 25, limit. 5, quò magis; quia inutiliter retentio, & possessio bonorum legata fuisset, nisi fructuum liberam acquisitionem importaret; cum maritus, qui prædia, vivente Uxore, possidebat, eorundem, defunctæ uxore, retentionem, loco pignoris, quousque tertia pars omnium bonorum sibi pro lucro dotis à statuto consignaretur, haberet, ratione pro-

præ hypothecæ, \* quæ competit etiam pro lucro dotis. Ant. Gomez in l. 52, Taur. n. 41, Petr. Barbof. in 6. part. l. 1, n. 15, in fin. ff. solut. matr. Rod. Suar. in l. 1, lib. 3, for. tit. de arrhis, n. 60, Gasp. Roderic. de ann. rediv. lib. 3, q. 7, sub n. 54, vers. amplia secundò, Castil. contr. jur. lib. 3, c. 4. n. 31, Rot. dec. 383, n. 13, part. 5, recent.

Tum quia prohibuit Testatrix, ne Phœbeus super dd. tribus prædiis, quovis sub prætextu, & causâ, molestari possit: unde resultat, legatum fructuum; quia talis prohibitio illorum causâ fieri solet, Dec. conf. 278, n. 5, & 6, Cephal. conf. 37, n. 36, Bertazzol. conf. 51, n. 3, Menoch. præsumpt. 134, n. 17, lib. 4: Castil. contr. jur. part. 1, cap. 30, n. 35.

Tum tertiò, quia retentio, & possessio prædiorum legata fuit, quousque consignaretur Legatario integra tertia pars omnium bonorum, ponderando verbum, *integra*; Cum enim testator cogitate potuerit, consignationem hujusmodi futuram post aliquod tempus, arbitrio hæredis, & sic postquam Legatarius perceperat fructus prædiorum, & nihilominus voluerit ei tertiam partem omnium bonorum integram consignari, factis exinde apparet Testatrix voluntas, quod fructus prædiorum acquirerentur Legatario, nec in Legatum sortis imputarentur, \* quia alioquin non consignaretur integra tertia pars; sed diminuta ex dictorum fructuum perceptione, ut in simili arguit Surd. conf. 291, n. 16, post Bertrand. conf. 75, n. 6 p. 2, lib. 2, & ad inducendum legatum, \* sufficit omne verbum, significans sensum legare volentis, l. 2, in princ. C. commun. de leg. Cyriac. cont. 548, n. 74.

Non obstat, quod prædia fuerint legata sub conditionibus, donec, & quousque, quibus significari solet datio in pignus, Pacif. de salv. inspect. 4, c. 1, n. 216, & 217, Castil. contr. jur. lib. 3, c. 23, sub n. 60, Surd. conf. 243, n. 7, Rot. decis. 261, n. 15, p. 7, rec. & per consequens fructus imputandi veniant in sortem, l. 1, & 2, juncta l. fin. C. pignor. act. l. 1, C. distract. pign. Cuman. conf. 19, n. 4, Surd. conf. 194, n. 10, quia procederet objectum, nisi ex aliis supra ponderatis constaret de voluntate Testatoris, legendi ipsa prædia, eorumque fructus transferendi in liberam dispositionem legatarii, qua voluntate stante, verba, donec, & quousque \* non restringunt legatum quoad substantiam, uti in simili dicimus de legato factò mulieri donec, & quousque vitam vidualem servaverit, vel alteri, donec, & quousque cum hæredibus habitaverit; sed solum restringunt quoad tempus, & important temporalitatem, quæ legatis adjici potest, l. fin. C. de legat. Cancer. var. resol. tom. 3, c. 20, n. 45, adeò quòd, cum prædia non sint legata pro securitate tantum; sed, ut maritus illis interim fruatur, & fructus suos faciat, nullatenus computandi sunt fructus in sortem, Less. de just. & jur. lib. 2, cap. 20, dub. 16, n. 141, Filliuc. qu. moral. tom. 2, tract. 34, part. 2, c. 5, n. 110, Mart. conf. 17, n. 16, quia potuit Testatrix prædiorum fructus, ex mera sua liberalitate, legare Marito, Surd. de alim. tit. 9, q. 18, sub n. 12, vers. postremò.

Minus obstat, quòd Legatum fructuum, donec præstetur res legata, sit usurarium, \* & illicitum, 10 Barbof. in 1, part. l. 2, n. 41, ff. solut. matrim. Neguf. de pign. part. 5, memb. 5, n. 10, vers. Sextò amplia, Menoch. conf. 441, n. 32, vers. respondetur, Surd. conf. 23, n. 3, Buratt. decis. 144, n. 8, & 9, quia vera est conclusio, quando pure legata est quantitas, eamque legatarius statim consequi poterat; Cum tunc fructus videantur legati, ob retardatam solutionem, & virtualiter insit tacita pactio solvendi usuras pecuniarum, in quibus terminis loquuntur quotquot ex adverso allegari possunt: secus verò

verò est, quando, ut in casu nostro, fructus legati fuerunt ex mera liberalitate; non autem propter moram hæredis in præstando rem legatam, quod, ultra supra deducta, comprobatur; quia Testatrix prædia voluit per maritum possideri, quamvis eorum fructus longè excedant annum redditum tertiæ partis bonorum marito legatæ, ut in his terminis ponderat Surd. de alim. titul. 9. quæst. 16, n. 53, vers. vel etiam, ubi dicit rationem; quia tunc non est verisimile, quod Testator cum tam gravi jactura respexerit ad moram hæredis, argumento l. cum de indebito, ff. prob. & cessante respectu ad moram, cesset suspicio usuræ; ut per Socin. in l. 2, n. 17, usque ad 10, ff. his, quæ pæn. nom. Surd. conf. 23, n. 12, Grat. discept. 34, n. 35.

Præsertim, dum non fuerunt legati soli fructus correlative ad debitum quantitatis; sed ipsa prædia de sui natura fructifera, \* & sic fructus veniunt consecutivè ex prædiorum legato, ac dominio, à quo pendet fructuum acquisitio, ad text. in l. bonæ fidei, ff. acq. rer. dom. l. fructus, ff. usur. Cancer. var. resol. tom. 3, cap. 20, n. 20, Monter. decis. Aragon. 17, n. 63, & ad propositum ponderat Cribell. decis. Dolana 145, n. 12, in fin. & n. 13, Ant. de Amat. resol. 83, sub n. 14, in fin. & n. 15, & quod plus est, etiam legatum tertiæ partis bonorum omnium, quòd donec præstetur, legata fuerunt prædia, consistit plerumque in stabilibus, quæ cum essent de sui natura fructifera, judicandum est non secus, ac de legato speciei, & fructus debentur, Menoch. conf. 441, sub n. 32, vers. nec repugnat, Cephal. conf. 133, n. 138, Rot. post Modern. de legit. dec. 29, n. 2, Cyriac. contr. 542, n. 33, pro debentur, quando legatum est alternativum, in quo non cadit usura; cum de natura usuræ, sit multiplicatio obligationum, non alternatio, Bald. in l. unic. n. 38, C. his, quæ pæn. nom. Cancer. var. resol. tom. 3, cap. 7, n. 39, Lupus in l. curabit, Comment. 1, §. 4, n. 73, circa med. ff. act. empt. Rot. d. dec. 29, n. 9, apud Modern. de legit. & in casu nostro dicebat unus ex Dominis legasse legatum esse alternativum: Tum

14 quia Testatrix videtur, \* vel tertiam partem omnium bonorum, vel tria prædia à marito possessa, eorumque fructus, ad text. in l. 1, ff. pæn. legat. l. cum sine præfinitione, juncta glos. in princ. ff. quando dies leg. ced. Surd. conf. 156, n. 19, tum etiam, quia legata parte omnium bonorum quotitativa, nempe tertia parte, vel simili, est in electione hæredis, vel dare partem cujuslibet rei, si patiatur commodam divisionem, vel æstimationem; ut ex text. in l. non amplius, §. fin. ff. leg. 1, tradit Aldobr. consil. 115, n. 25, lib. 1, Cyriac. contr. 390, n. 43, & 44.

Tandem gratis dicitur, legatarium declarasse, se possidere tria prædia, loco pignoris, dum coram Auditore Cameræ in prima instantia asseruit se creditorem tertiæ partis, \* pro lucro dotali, & institit pro consideratione bonorum in solutum, ad tradita per Surd. decis. 92, sub n. 6, vers. tertiò omnes, & n. 7, quia legatarius solum institit pro consignatione tertiæ partis bonorum, juxta formam jurium in actis productorum, adeoque juxta legata sibi ab uxore relicta in bonis, ut supra. Et in omnem eventum, dato (nisiquam tamen concessio,) quòd prædia legata essent in pignus pro securitate mariti, quousque ei tertia pars omnium bonorum consignaretur, fructus ex prædiis percepti imputandi essent in sortem dictæ tertiæ partis bonorum, de qua hodie non agitur: sed de legato separato scut. 500. Nec verificatur, quòd jam consignata fuerit dicta tertia pars bonorum integrè, reservato Jure imputandi fructus ex prædiis perceptos, in legatum scut. 500. quia

Decisiones ad Tract. de Alim.

imò adhuc alia lis principaliter pendet coram me, per separatam commissionem super eo; an tertia pars bonorum integrè consignata fuerit.

Quantum verò attinet ad detractionem Falcidiæ, prætendebant Informantes pro Phœbeo, illam fuisse prohibitam, \* ex quo Testatrix mandavit solvi scuta 500, liberè, & absque ullo onere, quæ verba importare prohibitionem Falcidiæ, censuit Petr. de fideic. q. 15, n. 194, vers. quintum exemplum, & n. 199, vers. 14, exemplum; quia Falcid. etiam tacite prohiberi potest, Mant. de conject. lib. 7, tit. 12, n. 10, Boër. dec. 44, n. 23, & idem est mandare, quòd legatum præstetur liberè, & mandare, quòd præstetur absque diminutione, quo casu, Falcid. censeferi prohibitam, tradit Mant. dicit. tit. 12, n. 16, Rot. dec. 421, n. ult. coram S. me. Greg. XV. cum aliis allegatis per Adden. ad Buratt. decis. 480, n. 20, sed contrariam sententiam tuetur Pereg. de fideicom. art. 3, n. 94, & 96, ubi allegat Concord. & dicit, ab hac opinione non esse recedendum; quia verba illa intelligi possunt de libertate ab oneribus intrinsecis, & hypothecis, utque censeatur prohibita Falcidia, oportet, verba esse adeò clara, ut aliam interpretationem habere non possint, Cyriac. contr. 326, n. 29, Mart. de succ. leg. part. 4, q. 28, art. 3, n. 19, Oldr. conf. 248, n. 4, vers. & talis prohibitio, aliique relati à Moder. Pisarenis de Impu. quæst. 113, nu. 17, & seqq. & quæst. 115, n. 31.

Ideo Domini, omnia discussionem utriusque opinionis ex alio fundamento, censuerunt, non esse locum detractioni Falcidiæ; quia scilicet non fuit probatum, \* legata excedere dodrantem hæreditatis ut oportet, §. hinc nobis, Auth. de hæred. & Falcid. Rota dec. 89, n. 21, & 22, p. 5, recent. & probandum est ab hærede Falcidiam prætendente, §. Sancimus igitur, Auth. de hæred. & Falcid. cum aliis adductis per Moder. Bonon. de acquir. poss. q. 8, art. 35, n. 965, & plurib. seqq. Et ita, &c.

## DECISIO XXIX.

R. P. D. VEROSPIO.

Avenionen. Pecuniaria.

Veneris 5. Aprilis 1647.

## SUMMARIUM.

- 1 Eos detrahatur de fideicommissio ascendenti, quando non extant libera, aut debitis implicata, & n. 3. Amplia ut n. 2. Declara ut n. 5.
- 4 Obligatio stipulata pro sorte trahitur ad usuras.
- 6 Fructus dotales non taxati, debentur juxta dispositionem statui.
- 7 Legitima legatum, in pecunia debetur cum fructibus, ubi hæreditas consistit in stabilibus.

IN decisione coram me emanata, sub die 10. Decembris præteriti reformata fuerat sententia graduatoria inter Claudii Creditores, super ejus Patrimonio, ac Spirituæ Conjugis hæreditate prolata, & actio attributa Feliciæ, ut consequi posset ex fideicommissio Claudii senioris sui ascendenti scuta ducenta pro residuo dotis promissæ à Patre, qui nullis relictis bonis liberis, vel saltem plurimo ære alieno gravatis decesserat; Cum verò ex eodem fideicommissio fructus dotales prædicti residui sibi debitos esse contenderet Felicia (in præterita decisione non deductos;) Eos quoque inde consequi posse hodie Domini responderunt. Dum enim bona libera non existunt, \* sed pluribus probantur debitis involuta ex dicta sen-

sententia graduatoria eadem bona Felicia non tenetur excutere, sed virtute privilegii, *Authent. res que C. communia de legat.* agere poterit contra fideicommissum ascendens, non solum pro residuo fortis dotalis, ut præter relatos in *decif. præterita respondit Rot. in Bononien. fideicommiss. de Maluezzis 7 Maii 1640, in §. ultimo, & 10 Martii 1642, §. 1, circa finem coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Romana Censu 18 Maii 1646. & in Interamnen. fideicommissi 15 Martii præteriti coram R. P. D. meo Melio*; sed etiam pro fructibus prædicti residui, \* juxta magis receptam DD. sententiam, de qua testatur Ruin. *consil. 199, nu. 8, lib. 2, Felician. de cons. tom. 2. lib. 3, cap. 5, n. 18, ad finem, ubi attestatur de veriori; Duard. eod. tract. §. 1, quæst. 7, n. 32, & 33, Mart. de successione legali part. 4, q. 21, art. 10, n. 5, Peregrin. de fideicommiss. art. 42, n. 86, & 96, vers. ex adverso consideratur, Cancr. var. resol. part. 1, cap. 9, n. 105, Vinc. de Franc. *decif. 213, n. 9, circa finem, vers. quando tamen punctus principalis, Barz. decif. Bononien. 108, n. 15, & 16, Mastrill. decif. 256, n. 10, ubi attestatur de receptiori DD. sententia, Roder. de annuis, & mensur. reddit. li. 3, quæst. 7, n. 70, Paschal. de Patr. potest. part. 2, cap. 7, nu. 39, in fine cum seqq. ubi plures hujus conclusionis rationes adducunt. Quia scilicet obligatio, \* quæ ex Juris dispositione contracta præsumitur in bonis ascendentium fideicommissio suppositis, favore mulierum descendentium, ut inde dotis constitutionem, vel restitutionem consequi valeant, si bona libera non existant, juxta *consil. Dec. 519, nu. 3, Castren. consil. 319, n. 3, circa finem decif. Seraph. 693, n. 2, & 312, n. 17, part. 6, rec. & in Romana Salviani de Casalibus 21 Junii 1641, coram R. P. D. meo Cerro*, ad dotales etiam usuras extenditur, prout regulariter obligatio stipulata \* pro forte, trahi solet ad usuras juxta *text. in l. Lucius, ff. qui pot. in pign. & in l. Etiam C. de jure dot. Neguf. de pignor. 5, part. 2, mem. nu. 9. Et quia hypotheca, favore dotis, à Jure inducta, usuras etiam includit, ut notant DD. in d. l. Lucius, ff. qui potior. in pign. Neguf. de pignor. secunda parte mem. 4, n. 55, circa medium.***

Hos tamen fructus ex redditibus fideicommissi exigere posse Feliciam, non autem ex proprietate bonorum \* distrahenda Domini responderunt, prout alias responsum fuit in *Firmana, seu Maceraten. dotis 9 Januar. 1622. coram bon. mem. Pirovano, & in Romana fructuum dotis 12 Maii 1635, coram bon. mem. Coccino inter impressas part. 4, tom. 3, decif. 607, n. 7, & 8, & in Romana dotis 23 Junii 1645, coram R. P. D. meo Othobono in §. Quæ quidem actio. Et taxarunt ad rationem scutorum quinque pro centenariis, donec in humanis extitit Claudius Pater, juxta particularem ipsius conventionem innotam cum Viro Felicia. Post ejus vero obitum, cessante tunc temporis conventâ dilacione dotis ad rationem scutorum septem pro centenariis juxta dispositionem statuti Avenionen. quæ attendi debet,*

non autem particularis conventio ad Claudii \* vitam restricta, nec ideo post ejus obitum protrahenda; *leg. commodissime ff. de lib. & posthum. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 3, tit. 5, nu. 1, & in his terminis firmavit Rot. coram Reverendissimo Urgellen. decif. 419, n. 6, & in Romana fructuum dotis 27 Maii 1641, coram Reverendissimo Præfide Vallisolanano.*

Responderunt præterea Domini reformandam esse sententiam graduatoriam in ea parte, quæ à die tantum factæ oppositionis per Mar-

cum adversarium in patrimonio Spiritæ, assignantur fructus duplicis legati, ab eadem relicti propriis filiis, nempe Francisco, in summa scutorum quadringentorum, ac Margaritæ pro seutis 800. per obitum utriusque delati Feliciae forori. Quos fructus legata pecuniæ à die obitus matris, eidem assignarunt. Quia idem legatum succedit loco legitimæ, quam filius, licet in pecunia taxatam, consequi debet unâ cum fructibus à die matris obitus decursos, dum ejus hæreditas stabilibus affluere ostenditur ex Inventario, & Instrumento dotali, prout de legato pro dote relicto Feliciae responsum fuit in decisione præterita, in §. sententiam præterea graduatoriam, & præter ibi relatos tradit Fabian. de Giacchis in repetitione *Auth. novissima n. 129, circa finem C. de inoffic. testament. Bald. consil. 222, n. 2, l. 4, Cardinalis consil. 80, num. 1, in fine. Corneus consil. 266, n. 12, lib. 3, Soccin. sen. consil. 57, num. 36, cum seqq. lib. 4.*

Et ita altera tantum parte informante decifum.

## DECISIO XXX.

R. P. D. MELIO.

In causa Tiburtina redditionis rationis.

Lunæ 3 Junii 1647.

## SUMMARIUM.

- 1 Dos ex quibus dicatur tradita, & n. 2.
- 3 Pupillus habet tacitam à lege hypothecam in bonis tutoris, æquivalens expressæ, n. 7.
- 4 Retentionem non habet posterior adversus anteriorem; habet qui jura acquisivit, n. 8.
- 5 Donatio in præjudicium tertii facta, est revocanda, inter Patrem, & filium; non sustinetur, n. 6.
- 9 Satisfactio contra administratorem præsumitur donec rationem reddiderit.
- 10 Retentio non pro credito turbido, & n. 11.
- 12 Mandatum, de cujus justitia & validitate apparet, exequi debet.

Fuit alias ad favorem Lentuli de Lentulis vigore sententiarum Rotalium, & rei judicata, relaxatum mandatum, in summa scutorum 1044. contra bona hæreditaria quondam Joannis Baptistæ Britii, qui bona administravit ab anno 1625. usque ad annum 1632. quondam Marci Antonii Lentuli, cujus est hæres dictus Lentulus ejus frater germanus. Felix autem Britia filia, & hæres dicti Joannis Baptistæ, & uxor Joannis Ursini sub 23. Januarii 1645. discussis partitis in dicto mandato contentis, obtinuit detractionem scutorum 177. unde mandatum exequendum erat pro summa scutorum 867. Sub 9 Junii ejusdem anni ad favorem Feliciae fuit aucta partita scut. 101. uti soluta ab eodem Joanne Baptistæ, Lucie Britiæ, præterea creditrici dicti Marci Antonii, & sic creditum Lentuli fuit firmatum in scut. 766. Sub 15. vero Januarii 1646. discussis iterum partitis examinatis sub dicta die 9 Junii, DD. ordinarunt, quod dicta partita scut. 101. apponeretur ad creditum Lentuli, quod propterea fuit denuo creatum in summa scut. 867. Hodie vero eadem Felix cum dictas partitas amplius controversere non posset, cepit præterea, dictum mandatum non esse exequendum, sub prætextu tam nonnullorum creditorum anteriorum sibi competentium, quam

dotis

dotis ipsi assignatæ ab eodem Joanne Baptistæ ejus Patre usque de anno 1623. in summa scut. 1500 licet postea ipsa fuerit nuptui tradita solum de anno 1633. Unde disputato sub hac die hoc particulari dubio, scilicet, an prædictum mandatum Rotale esset exquendum, DD. affirmativè responderunt, præterquam in bonis expressis in instrumento anni 1637. 21. Novembris, quia ex illo apparet, eandem Felicem unâ cum suo Marito pro satisfactioe d. dotis elegisse ex bonis hæreditariis d. Joannis Baptistæ duo molendina ad usum olei alteri conjunctum, & unum positum in Civitate Tiburtina, in contrata S. Crucis juxta bona illorum de Cecofalis, nec non aliud Molendinum ad usum grani, cum charteria, unita in eodem loco, & unum olivetum in territorio Tiburtino in loco detto Garciano Summario Lentuli dato sub hac die n. 1. Postquam, electionem & acceptationem dd. Corporum, prædicti Conjuges de tali dote \* dicuntur satisfacti ad tradit. per Mantic. *decif. 344, num. 7, Vinc. de Franc. decif. 108, n. 8, ibi, quod quando pro dote promissa, & decif. 305, n. 41, part. 7, recent. maximè cum illa acceperint in solutum, \* ex quo nedum extincta remansit omnis obligatio Joannis Baptistæ debitoris, sed perempta etiam fuit quæcumque actio, quæ ipsis conjugibus competere poterat ex tali obligatione, l. solutio ff. de solut. l. solvendo ff. de negot. gest. & instituto quibus modis tollitur obligat. in princ. Surd. decif. 113, n. 2, vers. nam solutio & decif. 536, n. 2, vers. & Domini p. 1, Rot. in recent. Romana pecuniaria 2 Junii 1634, vers. quia hoc non controvertitur coram bon. mem. Pirovano.*

Neque obstat, instrumentum donationis factæ sub 2 Octobris 1633. per d. Joannem Baptistam ad favorem D. Feliciae, continere hypothecam expressam, dum post ejus obitum donavit Domum existentem in dicta Civitate Tiburtina cum omnibus mobilibus in ea existentibus, & acceptatio prædictorum corporum ab eisdem Conjugibus electorum pro dote, facta fuerit sine præjudicio d. donationis.

Quia cum hypotheca ad favorem Marci Antonii, à quo causam habet Lentulus ejus hæres, inceperit ab anno 1625. de quo tempore d. Joannes Baptistæ suscepit administrationem bonorum dicti Marci Antonii, cum tacita \* semper inducatur hypotheca à lege ad favorem pupilli contra bona Tutoris secundum Bald. in l. cum oportet §. fin. C. de bon. quæ lib. Salicet. in l. pro officio C. de administr. Tutor. gloss. in cap. ex literis verb. obligata post princip. ubique, Abb. n. 11. de pign. Negufan. eod. tract. parte 2, membr. 4, n. 12, vers. prima est, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11, tit. 16, n. 18, Rebuff. ad consil. Galli tom. 2, tit. de consil. reddit. art. 1, gloss. 14, nu. 16, Surd. de alim. privil. 49, n. 17, Gratian. *discept. foren. cap. 601, n. 1, & cap. 935, n. 5, Soccin. sen. consil. 62, n. 1, lib. 1, utique est anterior \* illa allegata per Felicem à qua propterea non potest impedi illius executio, nec contra eam opponenda est exceptio retentionis, text. in l. assiduis verb. licet anteriores circa fin. C. qui potior. in pignor. habeant. Neguf. de pign. d. 4, memb. 2, part. n. 98, vers. tamen mulier. Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 11, tit. 2, n. 15, §. præterea. Rimin. jun. consil. 16, n. 3, Duran. decif. 141, n. 4, & decif. 412, nu. 1, Romana Salviani de Casalibus 21 Junii 1641, coram R. P. D. meo Cerro, vers. & visa fuit cessare, &c. At in omnem casum dicta donatio non suffragatur eidem Felici, dum bona in ea comprehensa,*

omne ferè Joannis Baptistæ patrimonium absumunt; nec alia remanerent, ex quibus possit satisfieri Creditoribus, ideoque deficientibus aliis bonis hæreditariis, Felix in subsidium ex bonis sibi donatis tenetur creditoribus Joannis Baptistæ satisfacere, cum non potuerit debitor per translationem bonorum suorum, titulo lucratiivo, in alium factam illos omni Jure privare, & ideo talis donatio \* tanquam in præjudicium tertii facta, est revocanda, *Jas. in l. his, qui pro emptore n. 120. Bart. in l. si indebitum §. si Procurator, ff. de condit. indebit. gloss. final. in l. æris alieni in vers. in subsidium, C. de donat. ibique Bald. n. 1. vers. idem si donator majorem partem, & Angel. in fin. vers. idem si donaret, Salicet. sub nu. 2. vers. quandoque quis donat rem, Tiraquell. in l. si unquam, vers. omnia, vel partem nu. 4. & 12. C. de revocan. donat. Guttier. de juram. parte 3, cap. 15, n. 20, vers. Sed quod deducatur ad alienum, & seq. Marc. Anton. var. resol. lib. 1, resol. 88, num. 9, §. 2, bona donata absorberent, &c. Abb. consil. 102, circa personarum n. 3, vers. quod si simpliciter, &c. Rimin. jun. consil. 98, nu. 15, & consil. 529, n. 41, Boër. quæst. 204, n. 47, vers. & ista regula, juncto vers. & prædicta procedere videntur. Si vero Felix uti intendat donatione sibi facta, usque de anno 1623, nec ista ei suffragatur; cum non fuerit facta, contemplatione certi matrimonii, minusque bona fuerint consignata marito, adeo ut ex tali assignatione dici possint facta dotalia, l. Titio centum, §. Titio genero, vers. hoc enim de condit. & demonstr. Mantic. de conjectur. ult. volum. lib. 11, tit. 22, n. 40, Cast. consil. 345, n. 1, li. 1, maximè cum fuerit facta inter Patrem, \* & Feliciam, quæ ideo non sustinetur, l. donationes, quas parentes 25, C. de donat. inter vir. & uxor. Gratian. *discept. foren. cap. 82, n. 2, & 3, & cap. 397, n. 3, Nat. consil. 273, n. 2, lib. 2, Alex. consil. 181, in princip. lib. 1, Rota decif. 397, n. 3, part. 5, rec. Et in omnem casum illa cenferi debet revocata de consensu ejusdem Feliciae, dum eidem de anno 1633, fuit constituta alia dos, cujus in eam quoque fuit translatum donatum, traditionibus C. de pact. Dec. consil. 598, nu. 1, visis his, quæ accuratè, &c.**

Nec relevat, quod saltem hypotheca dotis posterior præferatur tacitè anteriori inductæ ad favorem Lentuli. Quia, cum fuerit resolutum in hac causa coram Reverendissimo D. meo Decano sub 13 Maii 1642. redditionem rationis factam nomine Joannis Baptistæ, non fuisse sine dolo, certum est, Lentulum esse præferendum omnibus creditoribus, tam ex casu dotis, quam quovis alio titulo privilegiatis, \* & quamvis agatur de tacita hypotheca, tamen ea ex dispositione legis, & sola ratione in hoc casu habet eundem effectum, quem habet expressa, *Neguf. de pign. part. 2, membr. 4, n. 2, in fin. vers. sed erit tacita, & n. 97, vers. dum autem dictum est qu. 7, in fin. Mantic. de tacit. & ambig. d. lib. 11, tit. 11, n. 7, in fin. Gratian. discept. foren. cap. 935, n. 8, 9, & 10, Roman. consil. 147, n. 1, Alex. consil. 58, n. 5, vers. præterea ex dispositione statuti lib. 7, Rimin. jun. consil. 587, n. 14.*

Non obstant exceptiones quæ demum per Felicem dantur adversus d. mandatum ad effectum obtinendi retentionem aliorum bonorum hæreditariorum d. Joannis Baptistæ sub prætextu solutionis factæ nonnullorum debitorum anterioribus ejus creditoribus. Quia libet videatur justificata prima partita scutorum 600. solutorum hæreditibus Boni Galleani pro extinctione censibus,